



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 94. Prælium a Fœderatis declinatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XV. phractos, ingentem equitum leviter armatorum numerum, peditumque viginti millia; hæ copiæ haud procul a Foroli-viensibus mæniis castra tenebant tam valide munita, ut ea aggredi temerarium esset, præcipue cum illis nunquam excedere decrevissent; Ferdinandus enim disertis verbis jubebat, ne prælii discrimini ultro sese committerent.

§. XCIV.

Prælium a Fœderatis declinatum.

Hujus vero mandati rationem obtenebat Rex Catholicus, quod sinistro forte armorum successu Regem Angliæ a foedere, quod proxime firmaturus esset, avertere haud oporteret; Angli enim, inquietabat ipse, in Occidaniam, atque Aquitanniam irrumpere, atque Ludovici exercitum nova expeditione distrahere tentabunt, quo facto Rex Franciæ medium partem copiarum, quibus Gasto præest, revocare, suumque exercitum diminuere compelletur; tum vero facilius Galli opprimi poterunt. Igitur approximantibus Gallis, Fœderati ad moenia Fori-Corneliensis urbis sese receperunt: Gasto autem, ut eos castris suis excedere cogeret, exercitum suum in Romandiolam duxit, finxitque, se inde recta Romanum iturum, aut demum ex Marchia Anco-

Anconitana in Neapolis regnum irru- Sæcul. XVI.
 ptionem tentaturum. Nec dolum even- A.C. 1512.
 tus fecellit; quippe Prorex Neapolitanus
 ad castellum Bononiense castra sua po-
 suit, dum interea Fuxensis Granarolam,
 Solaroli castrum, & Cotignolam occupa-
 bat, ut ad expeditam annonæ subvectio-
 nem liberum ad Ferrarienses aditum sibi
 panderet. Ceterum continuo inter ho-
 stium agmina progrediebatur; Foederati
 tamen viarum angustiis, ac fluminum
 ambitu se se adeo opportune tuebantur, ut
 certaminis discrimen declinarent.

§. XCV.

Inducere Imperatoris cum Venetis.

Hæc dum interea gerebantur, Ferdi- Mariæ l. 3. n. 35.
 nandus Ludovico bellum nunciavit, suumque legatum, qui in ejus aula age-
 bat, protinus ex Francia abire jussit. Ni-
 hilominus hanc eandem belli denuncia-
 tionem cuidam conditioni adstringebat,
 postulans, ut Ludovicus illatas Pontifici
 injurias modo, quo ipse peteret, resarciri-
 ret, si vero id exequi diutius recusaret,
 Regi significabat, se ad arma vi coa-
 ctum iri. Verum his Ferdinandi minis
 Rex non admodum terrebatur; subidem
 vero tempus eidem nunciatum, quod
 Maximilianus Cæsar conciliatore Hiero-
 dymo Vico, Regis Catholici Romæ le-

Y 2 gato,